



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Mariae Virginis Sacratiss. Miracvlorvm Libri Tres**

**Vismara, Ercole**

**Mediolani, 1579**

Mirac. Virg. XXIX. Virginis pietate ex infernis tenebris emergit adolescens, quem, ante quam conciperetur, mater Satanae promiserat.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-64305](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-64305)

ea denuò clamor ille, & uerba doloris plena, emissa fuerant. Iluc paullo post aduenisse ait uirum, qui habitum fratri monaco simillimū gerebat, & qui, se ante Virginis pedes abiiciens, eam obsecrauit, ut cōtra teterimas illas belluas, auxilium afferret. Ipsa clementissima, quòd ad eam rem opus erat, prospiciens, furores represit cacodaemonum, quorum consilia ad illius animae perniciem instructa erant. Eius. n. precib. in octauum diem sententia dilata est; ut immigraret interim anima in corpus, ibiq. ualde poenitens ac se se colligens, diligenter perpenderet, non sine admissarum culparum dolore, quàm grauius, ac saepè Dei immortalis maiestatem laesisset. itaq. satis omnib. cumulatè faciens, malè partis planè restitutis, & ipse D. Francisci religioni se statim sanctè uouit. ob grauiissima peccata acerbo dolore exhausto, deniq. mystici panis coelesti cibo pastus, pridie quàm octauus dies impleretur, è uita excessit; & ex huius mūdi procellis in tutissimum portum relatus est.

## MIRAC. VIRG. XXIX.

*Virginis pietate ex infernis tenebris emergit adolescens, quem, ante quam conciperetur, mater Satanae promiserat.*

**N**obiles, ac ditissimi coniuges, quorum amplissima erga pauperes liberalitas semper extiterat, quia numerosam & gratam prole habebant, & quia iam aetate erant inclinata, castitatis studium uehementer colebant. Sed honorum omnium hostis, qui huius regiae uirtutis, quam nititur eradicare

eradicare; immortali odio semper capitur; sensim uiri  
 ipsius animum libidinis flamma accendit. Non ueri-  
 tus est miser, ea nocte, quae liberatoris nostri resurre-  
 ctionis diem praecedit, cum uxore consuescere. Vxor  
 uerò, quae diu repugnauerat, uicta, & ui coacta ita ma-  
 ritum allocuta est: Postquam tam sanctae noctis reli-  
 gionem, me inuita, spreuisti, quicquid ex hoc nefario  
 compressu prodibit, detestor, & Satanae iuri addico.  
 Eo igitur tempore grauida facta est mulier, quae de-  
 mum formosissimum filium peperit, in quo una cum  
 aetate quodcumq. uirtutis genus ita crecebat, & au-  
 gebatur, ut apud parces mirificos sui amores indies  
 excitaret; & eorum uerè animus esset, ac deliciae. Iam  
 duodecimum annum ille impleuerat. ecce autem Sa-  
 ran, cuius astu in fraudem inciderant coniuges, ma-  
 trem conueniens, flagitauit, ut intra triennium pro-  
 missa praestaret. Ea res, quam acuto telo miserae pe-  
 ctus sauciarit; qui expertus est, quam dulce sit filiorum  
 pignus, secum deputer. Infelix igitur uix animi com-  
 pos erat; ita doloris grauitate opprimebatur; cui, ubi  
 in natum oculos defigebat, statim lacrymae ubertim  
 cadebant. Rogitanti filio, quatenam tantae sollicitu-  
 dinis causa, & quid molestiae esset in animo, à princi-  
 pio ipsa totam rem explanauit. Veritus adolescens,  
 ne quid monstri interim cacodaemon pareret, ne ue  
 aliquam fraudem instrueret; noctu effugit, ut aliquem  
 inueniret, qui se opera, & consilio in re tam difficili,  
 adiunaret. Tandem appulit Romam, & inde Hiero-  
 solymam Pontificis litteras, ad eius prouinciae Anti-  
 stitum pertulit. Ille de iuuenis calamitate, & infortunio  
 certior factus, eius uicem acerbè doluit. Ceterum ei-  
 dem

dem Antistiti nunciatum est diuinitus; ut a adolescentē ad Eremitā quendā mitteret, qui in solitudine coelo uitam dignam agebat; & coelestib. cibis, diuinisq. sermonib. tantū alebatur. Quotidie. n. è coelo Angelus ei niue candidiorem panem afferebat. Eodē die, quo illuc iturus erat iuuenis, Angelus panem conduplicauit. quo indicio sanctus uir agnouit apud se aliquem pransurum. iccirco gratias Deo agere. Paulò post ei redditae fuerunt Hierosolymitani Episcopi litterae; quib. lectis, & iuuenē in primo congressu, humanissimè excepto, Virginem statim obsecrauit, ut re ipsa misero opitularetur. ipsum praeterea forti animo esse iussit; & testatus est, piam coeli reginam in scelestos cacodaemones imperium habere, & potestati; quippe quae primū capite in terram serpentem statuit; & tartaream dissecit domum. Aduenerat deniq. sacratissimae resurrectionis dies, praefinitus terminus, quo adolescentem nefaria bellua praeripere decreuerat. Eum Eremita contra cacodaemonem optimè munitum iri uidet; si rem diuinā interim fecisset. Dum sacra fierent, iuuenis, qui venturum scelestū sciebat, pauitans se se inter sacellum, & sacerdotē, non ausus illinc quoquam dimouere oculos, cōtinuit, donec Christi corporis sacratissima hostia ab Eremita elata est. Repente. n. maximo impetu proruit Satan; & secum iuuenem abripit. Huius rei euentus Eremitae excussit lacrymas; & maximam curam iniecit; qui deuò Virginem, ut misero auxilium, & salutem afferret, ualde obsecrauit. Vix precandi sine facto, benignissima coelitem regina adolescentem innumeris cacodaemonib. circumuallatum, è caecis tenebris ex-

Ff trusit;

trufit; eumq. in eundem ftatuit locū, ubi facra fiebant. Sanctus uir in re diuina faciēda, ad illa uerba peruenat, P A X Domini, cū ſibi oblatum iuuenem uidet; à quo laetè reſpōſum eſt, cum illorum uerborum enunciacione, E T cum ſpiritu tuo. Myſtici deinde panis coeleſti cibo ab illo reſectus, uti à Virgine fuerat liberatus, ordine enarrauit, ac, quāta in fornacib. illis eſſet perditorum multitudo, & quā grauiā ſupplicia ſufferent. Itaq. animo exultans, atq. expendens, ex quanta aerumna extractus, & in quā tranquillā re eſſet; non poterat non apertè, ac mirificè eā laudare, quae ſe ab infernis tenebris mortuum in lucem reducem fecerat.

## MIRAC. VIRG. XXX.

*D. Leoni Pontifici maximo manus, quam ſibi ipſe ultro incidemat, reſtituitur.*

**P**Vri, & liberalis ingenij clericus adoleſcens, caeleſcebat tam ardētī libidinis igne, atq. ita incenſus erat; ut cū ea minimè reſtingui poſſet, eam ob rem ualde afflīctaretur. Miſer in id redactus loci, ut, proſus quid ageret, nesciret; ad eam confugit; quae nos è ſcopulis ad tranquillū inferre aſſueuit, & ipſa remedium petijt, ut teter ille animi morbus depelleretur. Ea non ſolūm pij adoleſcentis precib. morem geſſit; ſed etiam futurum praedixit, ut in altiffimum dignitatis locum in eccleſia Romana, & catholica ampliffimè proueheret. Neq. uerò ipſum iniecta ſpes fruſtrata eſt; non modò. n. caecus ille ardor.